rotam vocant, q[uod] lutea calefacit & abstergit. Agrestis ad me-
dicinae naturæ propius accedit. P. Hyoscyamus.] ουρωπή
Græcis, Apollinaris Latinus. Confert podagræ, inquit Dio-
scor. Mictetur viiliter & alijs cataplasmatib[us] dolorē leuaniib[us]. Fo-
lia omnibus medicamentis dolorem sedansibus per se, & cū polen-
tam mixta viiliter illinuntur. Q Papaver.] Latinè, μικρόν οὐρω-
πή Græce, podagræ illinitur cū lacte mulierū & croco, inquit
Dioscor. & Plinius: ubi autē adē magnus dolor urget, ut podagræ-
cus eū ferre nequeat, eis quæ torpore inducit, medicamentis vien-
dum est, quamq[ue] eorum liberalior usus & frequēs cauendus sit.
In hūc itaq[ue] usum hyoscyami seu mandragoræ, papaveris &
cicuta folia adhibeātur, vel eadem coniusa, ac leuigata cum ouo-

rum luteis ac rosaceo permixta accommodentur. Galenus 10. de
 Compos. med. secundum locos, hoc medicamentum ex Asclepiade
 comedauit: Succi papaveris drach. ij. croci drach. f. cū latte mu-
 tiebri, aut bubulo, aut capillo trito, ac adiecio pane interno di-
 gester levigato, vt molle cataplasmatis sit, & rofaceo admoto mol-
 lito. D. lore sedato, partes resosende erint calefacientib. medice-
 mentis. R. Bulbi.] **βόλω** **ἄργειον**, sine cepa sylvestris ad
 articulorum dolores conductit, inquit Diſcor. podagrī cū melle
 & per ſe prodeſt. S. Cortex mali punici.] Gracis pōs vel
 poia, Latinē pomum Punicum, malum granatum: cuius putamen
 sine cortex cīdor dicitur, nobis verò malicorū. Flores porrò
 eius Cytin dicuntur. Similem vim habent acini, cīdor & cytini,
 hoc eīt, affrigentes ſunt, & exicantur. Ex mali Punici cori-
 cibus, vnu. & ſemperiuo, vino probè decoctis accurateq; leni-
 gatis, ac cum farina hordei mixtis medicamentum comendat
 Alexan. in podagra ex ſanguinis copia excitata. T. **Ψύδιον**.]
 Gracis & in officinis dicitur, Latinē pulicaris, de cuius tempe-
 ramento Gal. lib. 8. de Facult. ſimpl. medic. ita dixit: **Ψύδιον** ſe-
 men habet admodum utile, ex ſecundo refrigerantium ordine, in
 defiſcando verò & humectando, medium quodammodo eſt, &
 ſymmetrum. Diſcorides: *Vis* **Ψύδιον** refrigeratoria. Cum ro-
 ſaceo aceto, aut aqua illuum, articulorum doloribus prodeſt. Pli-
 nius, vis ad refrigerandum ingens. Semen in vſa. Omnibus ar-
 ticulorum morbis ſalutare eſt: huius ſemen madefactum in a-
 qua, admixtis in heminam ſeminis duobus reſine colophonie
 cochlearibus, thuris vno. At ſi ſemen pſyllij in aqua feruentis
 maceretur, & diligenter ſubigatur, viſcoſum q; ſiat, & horde-
 ea farina permisceatur, mirabiliter podagrī dolores miti-
 gabit, fernorem & ardorem doloris extinguit. & affecta loca
 ad temperiem bonam reducit, & lique ex Alexandro, Aetio &
 Paulo. V. Thus.] Gracis **λίθαρος**, Officinis olibanum di-
 citur. Eſt autem lachryma ex ſue arboris Arabica atque Ae-
 gyptiſ cortice emanans, Libanotus quoq; vocata. Diſcor. libr. I.
 cap. 70. in Arabia, qua ideo thurifera appellatur, gigas tradit,
 in qua Sabaei, proprie thuris ferilitatem clarissimi olim habiti
 suni, & ex fonsiibus poëtarum, cum Gracorum, tū Latinorū, ni-
 mirum Homero atq; Virgilio, demonstravi potest. De thure Ga-
 lemis

tenus in emplasticis medicamentis, Methodi 5. Nos in initio huius actus recentimus, velut ingredientibus atijs, quae hic ad memoriam restorari velim. X Ellebori radix.] Huius duo sunt genera. εὐερεπόλανθος, albus, & μέλας, niger, melampo dium. Cirrumq; Latinè verarum falso notum, sed sola radice, que in usu medico frequenter venit. Prudens articulorum doctoribus correptis & resolutis, podagrī & ischiadicis, inquit Plinius. Y Nitrum] Græcorum nitrum, albū antiquis frequens fuit, & rei medice vtile. natuum & factitium, sicut aucthoribus Diocoride lib. 5. cap. 78. & Plin. lib. 31. cap. 10. ostenditur, A sale nitro nostro non multum differt. Z Telus.] μῆλος. 1. fanugracum. Plinius & Varro testantur hanc frugem silicam & fructulam Romanos magis, Ἡ fanugracum appellasse. Columella eam simpliciter fructuam dici ait. Plinius lib. 24. cap. 8. eius recentes viuissates in medicina, dicitque mederi podagra, chiragre, articularisq;. Si ex pīnito se humore sit podagra, & dolor vehemens ortus fuerit, casaplasmate mitigante uti oportet, quale est ex farina sanis graci ex aqua mulja, aut rino tenui decocto, modico oleo nardino adiecto, & Κολλάρφανος.] dictio composta, ex κόλλα. i. gluten sive glutinum, qua dictione Latinī tantum videntur in eius cōpositis Et φαντα. i. lens. Hinc Phacinus panis & Phaco suis dæmon. Sunt glutini multa genera, que in medicina locum habent, & quedam ex farina parantur. Farina autē tot sunt genera & tam diversa, quos & quam varia semina sunt, unde consciuntur. & Et gyrine.] Gyrii informes dicuntur ranarum parus, quod scribit Theon 1. ἀδάπλαστος λορήγγως, & ἄποδος, quando rrsarum more parians rane. Hinc in prognosticis Aratus:

Αὐτότινος οὐδεὶς τατίξεις βοῶσι γυεῖν, id est,

Inde gyrinorum clamant per stagna parentes.

Itidem Aristoph. citante Suida; οἶον τατίξεις βοῶσι γυεῖν. i. Quemadmodum patres clamant gyrinorum. Plin. lib. 9. cap. 51: Parant, inquit, ranæ minimas carnes nigras, quas γυεῖν vocant, oculis tenium & cauda insigne, &c. Sic autem dicuntur à figura corporis in gyrum orbiculari, quod sit ut mira celeritate se quo velint voluant, versentq; quemadmodum testatur Hesychius, & quisquis is fuit, qui scripsit Etymologicum Grecarum dictiōnum.

ditionum. Porro cum rana tribuitur loquacitas, que stoliditas solet esse comes. minimū mentis esse oportet gyrrinis, quos via deprehendas esse animal, nisi mouerenetur, unde apud Platonem in Theat. proverbia figura: οὐδὲ πεπιστεῖ βαρεῖται γένειον. I. Nihil rana gyrrina prudensior, & Galla cupressina.] Eam multæ arbores producunt; sed prestantissimæ dōs quercus, que etiam glandes producunt, item & viscum. Ex Syria precipue affertur, parva, rotunda, perforata, atramento scripiorio confundendō apissima. Hoc eum Antonia in Italia, & Castello albo in Hispania. De ea Diosc. lib. i. cap. 123 Gal. lib. 7 de Facial. simpl. med. Græcè κράνη dicuntur. & Panis hordeaceus.] κράνη, hordeum: ex eo panis, solenta, quam Græci κρανίου nominant, & prijana medicamenta retereb, ristaurifera, confititutus. Farina hordeacea cīcīco in malo aqua decocta, inflammationes discutit. Podagrīcī inflammationib. cum cotoneis aut acetō prodest. & q̄v; Diſcoridi est farine pollēn. i. flos, è verbo pollēo, q̄ hordei sue truci portio prestantissimast. Marcellus Diſcoridis interpres dicunt, pollinem esse seniūssimū pulvērē subtilioremq; farina partem, qualis circa molta plerūq; & loca in quib. panis prinfatur, parvella, harenz inuenitur. & Brassicā crudæ folia.] negūs n̄ ī. eoz, Brassicā sainia vulgo caulis, cuius sunt aliquot genera. Est vnu miniorib. caulisbus, & tenuioribus foliis, flore luceo, Galli Chœux rouges dicunt, Diſcor. Brassicā succus cū fenigraci farina podagrīcī & articulorum dolorib; corporis illius prodest. Brassicā folia per se aut cū polente trita omnibus inflammationib. conferunt. Plinius: Podagra autē morbisq; articularijs illinitur, cīrūtæ coriandri & salis micā, hordei farina. Aqua quoq; eius decocta et rneros articulosq; mirū innar. Sribit insper à podagra liberatos edendo brasicām, decocta q; iuhibendo. Quidam cūs succū ex acetō, vel cū fenigraci articulitis, podagrīq; imponunt. Ad coxendicū dolores cū adipē perneusto. Plura de brassica virib. vde apid Catonem de Rerūstica, cap. 157. L. Apuleius de Virtut. herb. Herba brassica sicut uincet folia cum axungia retete pisata, & commissa quasi malagma induciunt linctolo grossō, aut in alia, & imponunt podagrā. Qd si retusissima dolor fuerit, ed magis efficacior erit. Cūis crematæ radicis brassicæ, eiusq; coliculorū cum axun-

piat.

illis multis fuit praesidio, ut inquit Paulus. Conuenit autem si pinguos influat humor. [Gypsum.] Gypsum ex lapide quadam candido in Burgundia superiori multis in locis coquitur, atque eiam est terra eruatur. Arefacit, & est emplasticum, ac reprimit, maximè si miscatur Gari liquamine ex salmoria satiis piscis, Garum apud Graecos dicti. Id salmoria vocamus, i.e. ius salsum, mariam salsuginem in qua pisces, & caro trahantur. Et Gypsum & Garum ioxiadiensis & coxendicis dolori infunduntur.

Stercora capræ sylvestris.] Capraru præstrium in montibus degentium oritur vel a vegetate, i.e. bacca, globuli acrem & discussoriam vim habent induratorum maximè tenuiū. Cum pesca & farina hordeacea simus caprinus diuinos tumores discutit, quod Galenus sui experientia docet. Idem inquit, eo versus sum ad genu tumorē habens inuterium, & agrè solubilitatē, insse fieri catalpalmate ex farina hordeacea per oxyeratum, indistincte videlicet hoc stercore, & misericordie homo ille fuit adiuvis. Cum exungia vero impostum his, qui podagra tentatur, auxilio est, vt inquit Diosc. lib. 2 cap. 72. rbi visib[il]em, Arabicam dictam, resinem Ischiadici videbis. Fimi caprinī cinerem cum axungia vetera podagris auxiliari, anthoni est Celsus. Fimi hominis] ut de cœta κέρας, humanū sterco, ut posteritas memoria produxit Gal. lib. 10. Simpl. med. vim habet vel maximè degeneriem, ab inflammatione vindicat, & obiter intumescere non sinit. V. in abdominandum est ob sieturum. Fatua fabarum] De fabis Gal. lib. 7. de Fac. Simpl. med. Erasmus nosfer in adeq. Chel. Sunt enim frigidae & siccæ. In podagricis, inquit Gal. ea saperemorū usi ferunt ex aqua dec. Ela, deinceps adipem suillum adiaceentes. Fa. alium etiam siliqua nū cinis, ad coxendicis, & nervorum veteres dolores, cum adipem siliquæ veinulata prodidit, vt inquit Plin. * Flos quoq[ue] lapidis Asij.] Asi historiam, & viris descripsit Gal. lib. 9. Simpl. med. Est lapis, inquit, in Asio proueniens, quem ob id ipsum Asson cognominauit. Innutriuer ei quiddam farinæ tenuissimè adsimile, qualis in piffrinoru parietib[us] adhaerere visitur. Appellant hoc medicamentum petra Asi florem. Troalis est Assus, vt Plin. lib. 26. cap. 17. author est. Generationem floris nasci ex rore maiis vel aspergine, ac Sole indurari idem Galenus existimat. Podagrī

eo inveniuntur. Hic lopus idem videtur esse qui & Sarcophagus, de quo Plin. lib. 26. cap. 17. & lib. 2. cap. 96. Cels. lib. 4. cap. vlt. in cura prodagre. Aetius lib. 7. cap. 39. Oribas. synops. lib. 2. cap. Cardan lib. 5. de Variet. ver. 7. Rubetas.] Φευώνος ἡ βάτραχος ἔπειρος καὶ φύσης. i. Rubeta rana palustris muta, quam quidam bisonē vocat. Terrestris nōcēsor, magisq; lethifera est, q; polusti is. Acopon ex rubetis ad podagricos, arthriticos, ischiadicos describitur apud Aet. lib. 12. c. 44. Plin. & Marcell. autem podagrī prodest rana rubeta exstincta cinis. μ. Aranei mures.] μυρζάδην compositum est vocabulum ēa μύρις καὶ ράδης. i. ex μυριe & μυστέλαι. Dicitur & μυρζάδη, vi hic. De eo Aet. libr. 13. cap. 1. colore similiis mustelae est, magnitudine autem muris, os oblongū habet, caudam exiguae, dexteris tenues. > Lacertas.] Σαῦπος οὐ τούτη in usu medico habetur etiā, ut docti norūt medici, chirurgicis. Ichiadicis prodest dicit Plin. lacertam vivi- dem in cibo, altatis pedibus, in tritico & capite. ε. Mustelas coquunt.] De ea legito Gal. lib. 11. de Facult. Simpl. med. vbi mustelam, pro podagricis & arthriticis nunq; cōbusisse faciet, de qua quidam tradiderit, cinerem eius aceto illius podagricos iuware, & a triticos, quippe cuius insit vis discutendi. Dioc. lib. 2. cap. 24. : Cremata in scītū: podagricis confert, cinerex aceto illius γαλλή καὶ λιγνίδης mustela vulgaris. Mustelæ sanguis combusi & cinis cum oleo rosaceo & acero penna illius, podagricis prodest. Marcell. & Plin. qui addit, vel si cera & rosaceum admisceatur. Mustelæ sanguis cum plantagine illius, podagrā tenet. Plinius, Neruos contracitos remollit, & articulorum dolorem solvit, Isidorus. o Ranas.] Βάτραχος, notissimum animal, cuius species sunt plures. Oleo de ranis multi vivuntur in podagra. Plin. & Georg. Pistor. π. Hyenas.] Hyena habetur in Afīca corpore nō minore q; lupus est, cuius caro coacta cū oleo innat podagricos & inuncturari dolores ex frigiditate. Cocta cū aqua, cui insidet in solio seu cupa podagricus & arthriticus, plurimū prodest. Rasis & Albert. Vituli marini, aut quod melius est, hyena pelle facta calciamēta, si q; in quotidiano sūt habuerit, effaciter podagra merbo carebit. Marcell. Hyena felicum lapido Aſo prodest podagrī. & Τεραγάλαφος.] Animal hirco & ceruo simile, nascitur in Arabia. Dioc. lib. 3. ab Aristotele dicitur Hippo-

Hippelaphus, & Vulpeculas.] ολαπέπες, pulmo in vnu quotidiano est medico, quū ex eo Loch officinæ contra pectoris vitia paratu habeant. Plinius: *Podagris vulpes decosta prodest.* Olem vulpis decoctæ vtile est arthriticis & podagricis, inquit Haly, & Rasis. Est etiam vnguentum vulpinū apud Nicolaum Myrepsum admodū vele ad podagricos & arthriticos dolores.

T Cuius Metalli.] Non solum ab ipsis fodinis metallicâ & fossilia medicamenta habentur sed etiā à fornacibus, vbi Metallo funduntur. Nam ibi & diphrygē, & pompholygem, & spodio & cadiam, & argenti spuma, & alia nonnulla habemus.

o Humor, lachryma.] Secci in medicina admodū necessarij sunt, & non solum ab herbis elicuntur, sed etiā à radicibus, vt Cyrenaicus, & glycyrrhize. Ac fructibus malorum punicorum, citrinorum, limonum, ex myris baccis, anglanibus, moris, pyxacantha, ligustrí baccis, & acacia. Item omphaciū. De his vide Galenū lib. 6. de Medic. compo. secundū locos. Ad hanc habentur varia liquorū genera, que quamplurimis ex plantis distillant ac defluit, quorū alijs gummi, alijs resinae, alijs lachrymæ vocantur. In gumini genere sunt opopanax, lajer, ammoniacū, sagapēnū, euphorbium, galbanum bellum, myrrha, thus, opopanax, sarcocolla, styrax, & id genus alia. In resinariū vero censu sunt: Therebinthina, teniscina, strobilina, pinea, picea, larigna, & abiegnia. In lachrymarum denique numero sunt lac, quod ex papauerū rascutis excipitur, propriè opium appellatū, scammoniū, quod ex thapsia flui, cithymalorum omnīū lac, cancamum, tragacantha lachryma, quiq; defluit ex vivis liquor, ex pruno, amygdalo & ceraso. Manna cœlestis est quidā ros sine liquo suzuis, qui ex aere veniens sublucanis temporibus, arborū ramis, & frondibus, herbis lapidibus, & solo interdū innenit harere, qui brevi tēporis curriculo coalescens, grumosus in gummi morem efficitur & Adeps.] *gēap.* De dapibus, seu & pinguedinibus, que in medicum vnum veniunt, copiosè & abundantiter locuti sunt Dioscorides lib. 2. cap. 69. & Galenus. Utimur autem pinguis pro lenientiis, ac sedandi doloribus, emolliendisq; tumoribus. *x Cruor.* A iugo de sanguine Galenus statim in initio libri 10. de Simplicium medic. facult. Diosc. li. 2. cap. 70. *ψ Medulla.]* μενδός. De medullis nihil quicquam

T 2 y

melius

melius aut eleganter dici potest, quam quod Galen de illis scripsit reliquit, lib. 11. de Facult. simpl. medic. Medulla molle indurata corpora, sive duricies sit in muscularis, vel nervis, quos rotulas vocant Graeci, sive connexiones artuum sint adfecti, & sive extra patiantur. Ex experientia cervina primas tribuit Galen secundas bubalae, postremas hircinae dorso spina meliorem indicat atque; hyberno tempore adseruandam docet. & Lotium.] Σερπ , melius Σέρπ , vrina frequenter hodie vrinæ rufæ in re medica habeatur, qui abstergendi vires obtineat. De virinis Diocor. lib. 2. cap. 74. Gal. lib. 10. simpl. med. A Merda.] Δέρματος , exaltat vel exarctus, χόνης λατιν. χόνης , άφορθος , βάλσιτος , fimus, stercus. Inter fomenta podagra est fimus paonum, qui ut refert Hieronymus in 2. contra Iouinianum) podagra feruorem mitigat. Fimus bouis, inflammationibus conductus, & cum aceti sece podagricæ auxiliatur. Columbinum stercus rebemeretur eitam sui experientia Galenius commendat. Ad coxenditidolorum, ad podagricas & arthriticæ affectiones, si nulli dum nodi vel tumores existent, conductus. De humano & caprino stercore, cum satis superque anæ differuerimus, non est quid amplius addendum existimet. Refert Pilatus pluribus malagmatibus eos rui, qui podagre morbo laborent. Ea peculari epipheto satida dicuntur, cum sint omnia ferè talia, meritoque dixit Hippoc. in lib. de Flavibus, Medicinam artem esse folidam, cum medicus res sedas, satidasque tractare cogatur. Medici autem cum multorum animalium, sum hominis etiam excrementatione non illinante solùm, verum in potionem ministranti in m. r. b. Hinc medicorum & Aesculapij apud comicorum lepidissimum Aristophanem in Pluto οὐρα φύτος , id est, merdan comedens epipheton, qui olim, ut humoris peccantis naturam apprehenderent, sudores in batnæ frigido exceptos, & aurum sordes degustabant: non minus quam veterinarij medici equorum stercora. Vide Hippoc. lib. 5. Gal. lib. 3. de Loci affectis. B. Lac.] Galen. lib. 10. simpl. medic. refert experientiam de lacte & caseo in arthritico. Proprie autem ad topbos facit vetustissimus, acerrimusque caseus cum suilla carnis prepinguis, ac veteris decocto contritus, & superimpositus ex omnium ferè medicorum Gracorum consensu.

F. Bibunt

¶ Bibunt alij numero quaterno Pharmacum, &c.]
 Arbitror decocta intelligere, que pluribus assumuntur dosis
 appetente diluculo: interiuem etiam vesperi, praesertim, r-
 bi frequentem exhibitionem agrotani nullam afferre molestiam,
 aut etiendem morbum ipsum requirere, compertum habemus.
 Dosis est pondere trium, quatuor, pluriorum aut pauciorum una
 ciarum, pro morbi aut agrotanis ratione: & dicitur à Græ-
 co διδόνει, quod oīz, dare. Hac voce nos viuum proportionē
 simplicium medicamentorum. Decoctorum autem varia sunt
 genera, quedam enim ad concoquendos tantum, & alteran-
 dos humores usurvantur, quedam vero non tantum in hoc re
 concoquanti & alterent, sed & ut simul purgent, aliasq; multos
 effectus in diversis partibus corporis praebent adhibentur, &
 magistralia cursurum sine mixta, i simul concoquentia, & pur-
 gantia. Sunt etiam nonnulla que priuatin purgantia vocantur
 decocta. Parantur autem maximè è stirpium radicibus, folijs,
 floribus, fructibus, seminibus, cornicibus, & lignis, &
 ex aqua inste quantitatis coquuntur, donec tercia pars, aut di-
 midium absumatur. Decocta exprimuntur & colo transfun-
 duntur, & mox seu inutilia abiciuntur. Liquor saccharo aut
 melle dulce redditur, idemq; cui albo purificatur, & quibusdā
 odoramenis suauius fit. Existunt aliquot exempla decoctorum,
 concoquentium, alterantium, mixtorum & magistralium apud
 Meleū & Leonhārū Puchſum de Compositione medicamen-
 torum lib. 3. Sunt autē Græcorum medicis duo protrita potionū
 vocabula, nēpe δοκτ. Quæ i. elixiſt, decoctū, à Græco verbo δέρ-
 γει, quod est, deferentes de quo Dioscor. li. 2. c. 185. Et ἀπέρρε-
 πει, delū aut infusionem. Est ani dilutū, aqua vinum, aut ali-
 us humor, in quo herbe, aut radices vel aromata maduerint,
 quibus exceptis relictis eorū vi in aqua vel vino, id propriè dilutio
 vel infusionē dixeris. Enauaciones autem lenitinas & modera-
 tas sine per sedē factas, sine per vonitiū, veteres ouguadūnes vel
 ouequatōres sine obiquiis vocant. Galen, in lib. 2. Hippoc. de
 aritic. Hinc ouguadē, i. purgare decocto & posione. Herodotus
 ouguadē, purgant se. Alius bibens sacram.] i.e. aut ita
 nominarunt Græci, quasi sacrā ab operibus & facultatibus suis
 diuinis & mirabilibus, aut certe quasi magnā. Magna itaq; est
 proprie

propter excellentes suas facultates. Isdē picra, ut hodie etiā vocabatur, amara, ob alōēn, que mirificè amara est, & magna copia eius compositionē ingreditur. Extans eius confectionis diversæ compositiones, quæ ab autoribus ferè nomina traxerunt, scilicet Russini, Galeni, Hermetis, Constantini, Abbatis, Hieralodadij, &c. E Carminibus.] Incantationibus. Virg. Eclog. 8.

Carmina vel cœ o possunt deducere lunam.

Carminibus Circe socios mutavit Vlyssi:

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Irrepsit hoc incantationis & maleficij genus in medicinam, habuitq; olim & adhuc hodie habet, sive artis, sub medicinæ praesertim suis professores, quos Plazo lib. de Rep. 2. Agyras, ariolos & ratus nominat, qui ante diutinum ianuas stipè petunt, oppulatim questus causa oberrabat, & diuina quadam virtute, carminibus & sacrificiorum mysterijs se morbos infligere, infestos quoq; curare. & si quid suete, is à diutinibus, aut evn̄ proavis es-
ser commissum, in magia sacrificiorū celeb. usate suffi nemo non q; odore expiare, eorumq; inimicos tam sonus, quam innocē, evitā-
deq; id est, carminibus obledere posse gloriebantur. Quos non
sanum arguē, sed pie & sancte diuinus Hippocrates in libello
de Sacro morbo sive comitiali ut redarguit, & impietas accusat. Qui, inquit, lustrauis nibus & negatis incantamēis morbo-
rum affectiones depillere se iactant, hi nichil indigni, verba eorū
ad Dæmoniū referunt, vt quiddā se amplius scire vīgo ostendent, & homines decipient. Expiant enim m̄bo correplos, sa-
guine & sceleribus inquinatos, iniustos & intoxiciatos: ac ex-
piamenia alia sub terra defodiunt, alia in mare proficiunt, alia
ad montes desertos, ne quis ea contrēct. aportat. At Deus (in-
quit) qui maxima ac sceleratissima peccata purgat, nostra se libe-
rat. Qui cer. è suisq; naturis & immolatione, nos à cru-
ento Dæmonium cultu & posestate liberant. Z. Iudeus ex-
cantat.] Inde oī perfidos incantationibus curare morbos, sunt
qui putat, at ego illos nihil nō audere video, quo ab afflictis egris
per fas & nefas pecunia emungant. O sceleratū pecunia aeu-
pium, quid non mortalia pectora cogis audere? Quos non obsecro
morbos curare, quæ deniq; præstigia & intemperates, herba-
rū, radicum, lapidumq; viribus, sub statu luna & stellarū ortu
adapt-

adaptari, sese non efficere posse promittat? His fascinare, his damones cogere, his deniq; iratum Dei numen lizari posse, perficitas fronte nugantur. H A fonte remediū.] A thermarū lava-
cris, quae vt Plutarchus ait, lib. de Igne & Aqua, οὐτομός, κα-
τος ἔργεταις οὐ εἰδησθει. i. salutaria, & ad morborum mede-
tam efficacia, quarū aliae per simplices tantū mineas, ut ali-
men, sulphur, plumbū, chalcidita aut ferrī, suas derinat / cari-
rigines, quarū medicas vires Paulus lib. 1. cap 51. Aegineta &
Vivius breuiter perstringunt. Nil nisi plorare.] Notum
est Gracos ita loqui solitos, ut plorare iubarent cum quē à se co-
sumeliosè dimitterent, & plurib. annotauimus in proverbio, Pre-
ter plorare nihil. Aristophanes in Ecclesy: Εἰδὲ μὴ οἰκαρέστε, λέ-
πων: & infrā: κλαίετε γέ τοι λέγω. Lui Janus virus est hac vocis
in primo Necrocorū dialogo: & in Sōnnio seu Gallo. Irritati-
bus iracundior.] Tale est mulie, nū ingenii, quil us iratis si re-
pugnes, magis prouoces, nec sine iuo malo discedas. Sic Plautus:

Bacchæ Bacchanti si velis aduersarier,

Ex infana insaniorum facies, feriet scepīus,

Sin obsequaris, vna te soluas plaga. Sic quād
obniteniibus est asperior p. dagra tanto stabilior in ratione ma-
neniibus induget. K Aten enim,] Ate dea noxae, damni &
turbari, qua Σεβαζή τε νόσος ἀρνίτες, id est, valida & velox, ἁρ-
anē p̄accurrit, & iā multa suscitata mala. vi ijs sanandis ait ut
pone sequentes nunquam sufficere possint. A Podagrum vo-
cant.] Solet enim articula is morbus pleviung, ab humore ca-
lido & frigido ex capite p̄cipue diffillante oriri, ut Hippocra-
tes diuinus ille scripsit: qui si ad pedes descendit, & nos infestat,
podagra dicitur: si ad manus, chiragra: si vero ad uniuersum
corpus, Arthritus morbus i. articularis absolue appellatur.
Dolorem afferit, id q; alijs cum ardore, alijs cum algore. Eo diui-
nis & otiosi p̄cipue infestantur. Dicta est autem podagra,
quod pedum usum impedit, pedice, tendicule, i. laqueimore,
quo animalia capiuntur. Graci enim πεδάχεω, laqueū appellat,
quasi mōdes ὑγρα, i. pedis capitura. Podagra ab Horatio in e-
pist. lib. 1. Cessans morbus dicitur, quod longus & aduersus re-
media contumax, & difficilis curatur, vel efficiet, quia tardet, &
cessare cogat:

Dictaque; cessantem nervis elidere morbum

Sulfura contemni, vicus gemit, inuidus ægris.

Elidere nervis. i. depellere è nervis. Baie moleſſe ferunt sulfuræ. i. aquas ſulfuratas, que dicuntur valere ad podagram levandam, votemui & pro nibito putari. Podagra etiam canes laborant. Aristot. lib. 8. Animalium cap. 22.

CHORVS.

Dimeci Anapæstici.

Xo. ἀλάμαντινοφ κότερος

κόρα,

πολυθρύπης, οὐειμόθυμη θάδ,

κλῦν σῶν ιρᾶν πρόπωρ ινο-

πάσ.

μεγα σὸν λεράτος, ὄνδριόφρορη

Πολάρης,

τὰν ηδίδησ ὡν πέφει τελος-

προιδ δε σε κυμαθ ἄνδε βα-

θείης,

(θας,

φρομέα βασινής ινέρωρ Αἴ-

τηπιθιμοχρής, λατακλινοβα-

τέσ,

κωνυζερόμα, βαγναρα-

γάνα,

σφυροπρυσιπέρα, μογιψε.

λάφα,

λοιδυκαφόδα, κονυκλανε-

γριπνα,

πριπουνεροποτωροφία,

χονυκαμψεπικυρτε Ποδά-

ρα.

Articulos cruciandi cupida

Curuſgenuflexa, potens Podagra.

O' nymphæ æ ingenium &
damantinum habes,

Multiplicens, animo dea να-
lido,

Audi vota tuorum supplicū.

bb Magna potentia, divina
magna,

O' regina æ opulenta Po-
dagra, (nix telum,

Quam dd Louis horret per-
Quamq profundi ee fluctus
pelagi

Trepidant, quām quoq trea-
pidat, ff sceptra.

Qui ss gerit infera hh Sty-
gius Pluton,

O' ii gaudēs nodis, kēligraz
da, (rix,

hh Cursuetas, II talorum tor-
Calcicrematrix, malehumi

tanga,

Oſſiremenda, genufraga,

(pernox,

GILBER

GILBERTI
ANOTATI

ingenium adamanteum
adimpleret & in ful-
minis ducere, unde quod
adimpleret, sed adamanteum
adimpleret, ut ad am-
plius, ut et aperte
adimpleret, ut Opus
super hoc

Hebdomas Ladas,

Pedagoz dissimili-

perpetrata in simili-

rebus, hanc genitio-

rebus, licet igne-

bus peligri,] Ne-

scopra infera,] Ne-

regis in simili-

rebus, hanc genitio-

rebus, licet igne-

bus peligri,] Ne-

scopra infera,] Ne-

regis in simili-

rebus, hanc genitio-

rebus, licet igne-

bus peligri,] Ne-

scopra infera,] Ne-

regis in simili-

rebus, hanc genitio-

rebus, licet igne-

bus peligri,] Ne-

scopra infera,] Ne-

regis in simili-

GILBERTI COGNATI

ANNOTATI ONES.

aa INGENIVM adamantinū.] Nulla vi domabile, inexorabile, implacabile & infatigabile. Adamantis enim lapidis incredibilis est duricies. unde quis qd invictū atq; inexpugnabile & implacabile est, id adamantiū vocamus. Idē Lucianus in Pseudomante, mentem adamantiām dixit. **bb** Magna potentia.] ο ρερέσ είτε μέγιστον. i. cuius potentia est maxima. **Ho**mericū hemistichii. **cc** Opulēta podagra.] Iuuen. sat. 13:

—pauper locupletem optare podagram

Ne dubitet Ladas.— Fuit autē Ladas mira perniciatis pauper. Podagra diuites & otiosi praeponē infestatur & vexatur, raro pauperes inuadit, vnde recte Græcus poëta eā uiatorum Ἀρχα, i. odio habentē pauperes, appellat. **dd** louis pernix telū.] Fulmē supremi Louis gestamē est, quod cire cōfixi: resuſtas & velocissima celebratissimā est: hinc fulminis octor alis, apud poëtas. **Stasius**: Ille tigne Louis lapsisq; citatior astris, ee Fluctus pelagi.] **Neptuni**, cuius hoc cognomē fuit, Pelagius. **ff** Sceptra infera.] Inferorū regnū. Nā aperiſſimē sceptro sine virga regnū intelligi, illud in diuinis literis ostēdit, quod sceptriū de manu Iude non auferendū pollicetur Dominus, donec veniret, q mītiēdus erat Christus. **gg** Getit.] Regit. **hh**. Stygius Pluton.] Pluto inferorum deus Stygius diciunt, à Stygia inferorum palude. **ii** Gaudens nodis. **l** Nodosa ab Onia. & Horat. appellat, ab alijs lapido; a, propter tumores, q in modū lapidis indurant;. **kk** Cursu etās.] Velocitatis aduersatrix. Podagra. n. maximē velocitas impedīt, & ideo ab Hor. i. ser. sat. 9. tarda dicitur. Item à Catullo: Aut si aliquem meritō tarda podagra secat. A Mantuano tardigrada:

Tu quoq; tardigrada in taetu sanare podagrum.

ll Talorum tortrix.] Hac dea propter varrios effectus varijs epithetis & nominibus celebratur. Exstat epigramma Græcum eleganter podagræ originem describens:

λυσιμελῆς βάχυ, & λυσιμελῆς ἀφροδίτης

θυνάτων θυνάτη λυσιμελῆς ποδάγρα: id est,

Soluere mēbra solet Bacchus, solet & Venus ipsa
Soluere & ex illis nata podagra solet.

Ita ut ex Baccho deo membrorum dissolutor, & Venere dea membrorum dissolatrice, filia podagra nascatur, membrorum dissolutorix. Idem Lucianus in Somnio seu Gallo, scribit podagrum ex intemperantia nasci.

Trimetri lambici.

P E R S O N A E.

Nuncius, Podagra, Medici, Tortores.

Ἄγε θεσποίνα, λιανείφ γέρε λύτη
Γεωδή,
ἄποιτον ζεπό γέρε ἐτάσιον φέν
ρω,
ἀπ' ἵσι αράξεις τῶν λόγων
σωμάτιον Θ.,
ἰρώ γέρε, ἀταξίας, ὑρεμώνω.
Δι
πόλεις ξηράνων, πάνυρας ὑρά.
νύρη δόμας,
μαθῆτην ποθῶν, ἄτισ σὸν οὐ
τιμᾶκιράτο.
καὶ τῶν μὲν ἀνωνύμου λογον ἔ-
λινθρέψα
πικέμενόν, ἀναστό, στῖψ βίξ
χρέπιμ,
διέλο δέ τάδε φῶτε, ζημιηρὸ
θράσος,
ἴφραζε τῶν λαοῖσι, καὶ λατω-
μυντῶν,
οὐκ ἵσι σὸν λεπάτο σκέψα-
σμον,

Ac deierare, vim tuam venerabilem

NVN. Domina per oppor-
tunate fers obuiam:
Audi, neque enim tibi nunciū
fero a friuolum,
Sed socia verbis ipsa res ads
iungitur.
Nam ciuitates, ut statuerat
vndiq
Lento pede vestigans, tibi
scrutabar domos
Cunctas, ut aduerteret si quie-
tuam
Potentiam non debito more
colebat,
Aliosip tuarum vi manuum
sat repperi
Regina domitos, mente bona
quiescere.
Illi sed audaces duo, confi-
dentiā
Freti sua non desierunt di-
cere

Non

ἐπὶ τοῦ περιβόλου βροτῶν σεθίς
 οὐσιαρίσιον
 Λέπτης κρατήσων σωσκυνεῖσαι
 θρησκών πόδα
 Τεμνόνται Θάνατοι, σάρξ θλαύροι
 Καὶ άλλο.
 Πλάτης λεπτοντὸς ἔπληγος ἀγγέλων
 ὄκιστοι μοι
 τίνοις οὐδὲν δεῖται θυσάρα
 πιπόνι,
 Τέλος; Εφός μιλῶν θεον, ὡς ί-
 δω τάχθοι.
 Άγη, προσέλην ψύχειπον ταχύτε-
 θαθμῶν λεπίμαρα,
 Ξελαύν τρίμαρον θελούσιον
 ἀρμοταῖς,
 Θερψεις δεκταῖς λορδυθαν-
 θῶσθαι πέμπον,
 Στακηροῖσι τρέπεις ἀντρεπόλον
 οὐρέμασιν.
 Εσπερίη σενδῆσε ιχνευτὴν ἀλη-
 νοῖς ιττῶ,
 Ισραελινῶ λαπίζειν ἀστέλλω ο-
 δίνω
 Η Δυσπάτητην οἴξιτε φρούριοις
 αἰθωρού.
 περὶ λίγην οἰκίαν πεπιστόληται.
 οὐδὲ,
 Στραταὶ σιλικίbus ingrediebar semitam,
 Ιτυρὶ scrupulis acutis asperam,
 Hinc incidentis in lubricam οὐ πλαναν viam,

XY 5 Dum

Ἐπειδὴν ἡ τὸ πρόσωπον, οὐαίνε.

τῷ δὲ με

ἐπειργεῖ δύο τοις ἀντίοις ἀθρῷ

σφυρά,

αἱ ἐπιβάντι νότιοι εἰς με-

λῶν οἰκηῶν

ἴρραβάσθντος @θράντελνο

μεγέθε.

ὅδηροι με πλευταὶ πᾶντες

λειμηνότα

πλατάναι μὲν κίλονθο, ἀλλ'

οὐκ ἀσφαλέστεροι.

τὰ μὲν γένη ἔνθετο, ταῦτα δὲ

διχομάτα

πτεραγήν, λιώγακαζη, ζωτερά

πρέσει.

Ἔγδε δὲ ναθρόν ἵπαρρά λεψ-

ζων πόδες,

λόχιμοι εἰδανοφέντεδες πε-

ραντεροί,

ἔντος ἀπλίγη πρασθάμην τροχά.

λατοῖ.

εὐθητοὶ δὲ οἰς, ταχὺν πρέξει

εἰς ἔνθετον.

Πο. οὐκ εἰς μετέλω, βέλτιστο,

πρεξίσιν δέ

θροῦς πέπρακται, τῷ δὲ σῆν πε-

θυμίᾳ

τελειοτελέσθεντος χά-

ρι.

Dum propero progredi, sa-
lutum retrahit

Calces male firmas illicet
ecnum retro;

Quā transueniē liquidus ē
membris mihi

Sudor fluebat, æger ut feso-
sum gradus

Deficeret: inde lassus omni
corpore,

Lata quidem, ast tutam
minus insisto viam,

Varijs & hinc & inde me ve-
hiculis

Vi currerem cogentibus &
vrgentibus.

Quare celeriter subleuana
segnem pedem,

Transuersus occursum fugi-
ens, cessi loco,

Donec ciuis quadriga transi-
ret rotis.

Mystes enim tuus nequibam
currere.

P O D A G . Non gratis
haec recte tibi res gesta
sit,

Mi nuncie, tuae nanq̄ prom-
ptitudini

Parem rependam, gratiam
precio pari.

Ἐδοκεῖτε οὐ μάρτυμα θυμῷ περ
τόδι,

ἔξις τριταῖς περάσῃ λέφων
πόνων.

ὑμᾶς δὲ μηδοὶ καὶ θροῖς ἐχθροῖς,
τίνου πότερον τὸν τίνου πε-

ργνότον,
Ελμάτην Ποδάρεας ἀνθεμι-

λαῖδην λέρην,
φέρετον ὁ Κρονίδας οἰδην νικη-

σαν βίαν;
λίγετον, ὃ λακιστονή γένεται πόνων
ἐπειδὴ

λέματας πλέσσεις, λακιγένεται
συνταιχοῖς.
Πείαμος τοδάρηκος, τοδάρη-

ρηδος ἀντικτυπήσεις.
ἔθαντο οἱ Αχιλλεὺς, ποδαρῆς

ἀφού Πηλεὺς.
οἱ Βειβοφόντης, ποδαρῆς

ἀφού ικτέρης.
Θηβῶν λακάσης Οἰδίπος, πο-

δαρῆς λίθῳ.
ἐκ τῶν Πειλοπιθῶν, ποδαρῆς

λίθος οἱ Πληγωθεῖς.
Ποιάντος τοδάρηκος, ποδαρῆς

λίθος σύνης.
ἄλλος τοδάρηκος, Θεοφλῶν

λίθος ιτεμάθη,
Dux Thessalorum, qui simul atque prælio

Atque hoc adēd gratum tibi
sit præmium,

Posthac triennio semel mo-

dō leues
Tentare te nostros dolores

perferam.
Sed vos scelesti, dijys & inui-

sissimi,
Quinam, vel à quibus parē.

cibus editi, (centia,

Audeitis obnii podagræ poz-

Cuius superare vim nequis

b Saturnius?
Heus dicite pessimi : quoniā

c heroas ego
Quamplurimos domui, sapi-

entes ut sciunt:
d Priamus pede celer ille, ca-

nitur podagricus.
Perijt e Achilles podagricus

ille Pelei.
Et f Bellerophontes podagrī

eua me periculit.
Podagricus & Thebanus e-

rat dux & Oedipus,
Et ex Pelopidis podagricus

erat h Plesshenes.
Et i filius Paxanis etiam pos-

dagricus (alius celer.
Dux præfuit classi, fuit &

Vidus

Ἐπειδὴν ἔπειτα Πρωτησίνα Θ
· εἰ μέχθ,
Θραστοὶ πολιτεύονται οὐκ εἰς πονῶν
ηρχεῖσίν τοι.
Ιθάκης ἄνακτα, Λαστυάδης
Οδυσσέα
Ἄγαριπόντον, οὐκ ἄκανθα
πρυγόν Θ.
ὡς ὅτι λαρύζεται, οὐδειδοίται
μονοτονία.
Ἰωλ πάθηθε λόκασιν, οἷς θίνεται
θράκατοι.
Ια Σιδροὶ μὲν ἴστροι, οὐ Δαμασκοὶ^{τοῦτο}
καὶ μᾶλιστροὶ, οὐ πυρίχια λεπτέοι.
γέλω καὶ θάλασσαν ἡφίποροι
πλανεύοισι,
Ἑχοιδὲ καίσμα πατροδάρης
Ἐργόδη,
εἴρηται πρητορῆμα ἀλγεντών
πόνος.
Ποτὶ δὲ τὸ κείσμα, καὶ τοῖς ἵπποις
σκαύν, φράσεν.

Ια μετέστη μετοιήσην οὐκ Θ
· εἴς φράσσω,
καὶ ποιοία θυέσκονται ιντος
αὶ πατρός,

Μεταλλία dicere tibi planè non finit,
Nec vultum morienis edictum patris,

Victus ceciderat καὶ Προτεστία
laus, praefuit
Classi, podagricus licet οὐ
eager foret.

Ithace quoque principem
Laertæ filium

1 Vlyssen, ego, non spina ne-
cuit trigonos.

Nunquam ergo grauisuri, οὐ
calamiosissimi,

Pēnā patiamini meritū ven-
tis parem.

M E D. m Srrī quidem
genere Damasceni su-
mus.

Multa nō fame verò coacti οὐ
inopia,

Terrā οὐ mare peragranus,
errantes, vagi.

Habemus autem quod pater
vnguentum dedit,

Per hoc mala consolamus
αγροτικιού.

P Q D. Cedō, quod un-
guentum? quis illius has-
bius?

M E D. Sacrarum tacen-
di ius mihi iurandum
datum

Qui

Ἐστιαξεν καθόδην φρεμάκο με-
γα οὐδέποτε,
ὅ καὶ σὲ παύειν οἰδεῖς οὐειω-
μένῳ.

Πολλοί τέ, ὃικατάρατοι, καὶ οὐ-
κῶς ὀλέθρου,
ζειρά τὸς ἐργῆς φαρμάκου δρα-
σις τόση,

ὅ χειρόθεοι οὐδὲ πλὴν εὐλογίαν περ-
σευβιαρά;

ἄλλος ἔτι πλεύτερος σύμβασιν
συνθάνειναι,
καὶ περάσωμάθε, ἄλλο φαρμα-
κοῦ οὐδέποτε

πεπέρτυον πεφυκεν, ἄλλος οὐαὶ
φλόγας δέ.

Διῆτος, ὃ σκυθρώπου, πάντο-
θεν ποιόμενοι.

Βάθεντοι, πάροδοι τῶν ιμάρ-
βαρχωμάτων,

πιλάριτος ἀσθενοῦς, καὶ σὺ μὴ
ποδῶν ἄρρενες

φλέγμαντα τρέσσες, πλακτήλων
ποδῶν ἄρρενες.

σὺ δὲ σφυρροῖς ἐμβούντε, σὺ δὲ μη
ρῶν ἄπο,

ἰστόντα παλάθε πικρῶν ἵκα-
ρων βάθος,

ὑμέτες δὲ λαρῶν πλακτήλων τυ-
γίτης.

B.A.

Qui infest hanc celare nos
vīm pharmaci,
Quod seuenient te quoque
scit compescere.

PODAG. An igitur ὁ
execrables, male per-
ditū,

Vlliūs ἐσquam tanta vīs est
pharmaci,

Meam quod iniunctū vīm
sciat compescere?

Sed sine, pacificamur age ras-
li scedere,

Et experiamur ἀννε virtus
pharmaci

Futura si superior, an flam-
mæ meæ.

Huc ὁ sevēra statim vndiq
conuolantia

Tormeta, præsides meæ vae-
sanias,

Ocyūs adeste, tuq soleas in-
fimas

Pedum, sub ipso r̄q digitos
vrito:

Tu calcibus insili, profun-
dam tu riges

A fœminibus ad genua oīa-
bem felleam:

At vos manuum repente fle-
ctite digitos.

TOR.

Βά, ἡλ' ὡς ἵταξε, πάντα δι
διεράκαμψ.

λαῖντοι βοῶντες οἱ ταῦτα πω=
ροι μέγα,

ἄπαντα γῆς πεσόντες σφιδέ
μοι.

Πο. φέρετ', ὃ ξύποι, μάθομε
ἀπεκίσασθε,

ἢ χειρὶς ὑμᾶς φάρμακον
τόδι' ὀφειλα.

εἰς γῆς ἀφεῖς τόδι' δημητρί=
ξυρίμοι,

πιπῆς εἰς γῆν, εἰς μυλὸς ἀ-
μιχθονὸς,

εἰς Θάλασσαν, πύματα τρε=
τάρης Βάθη.

Ια, ιδο, λειτουργοί, καὶ χαλᾶ φλο=
γώμην πόνων.

οἱ ποιοι πάνται γε, τέρροισα,
διόπλιντα,

ἄπαντα πεπήματα γῆνοι ἀσκόπο=
νακῷ.

οὐ ζεὺς λειτουργός ζειον πάντα
βέλτι.

οὐδὲς θαλάσσης θεῖα μουν=
τα βανδυθέν.

οὐδὲ σφεργύτης πολλαπλός τόση
βία.

οὐδὲ πάρχον πορθεῖ με διῆ=
μα Κύδερον;

An asperos sustineo & morsus Cerberi?

TOR. En imperata singu=la tibi fecimus.

Iacent, miseriisque clamitantes
grauiissime,

Per omnia torti membra tuis
complexibus.

P.O.D. Nunc agite, hospiti=tes, videamus optimè,

An illitum vos nunc muniet
hoc pharmacum.

Nam si palam aduersum fu=erit illud mibi,

Mundum relinquens, abdi=tōis terrae sinūs

Subito, & p. infimos abyssos
Tartari,

Obscura & ignota omnibus
mortalibus.

MED. En vnximus, leuati
necq; dolores tamen

Podagricus. Heu proh do=lor, heu tabesco miser at=que pereo,

Omnia populatur membrā
mea & cæcum malum.

Non Iupiter feri tale telum
fulminis, (æquoris,

Non vlla sic procella sauit
Non impetuosi tanta vis est

turbanis.

πᾶς τις ἐχίδνης ἀσθέος
 σπειρα,
 οὐδὲ βερβής ἵλαι τετράνηψ
 πίπης;
 ἐλισσός ἄνασσα φάρμακον γένεται
 ὅτι εἰμὸν,
 ἔτερός διωταῖσι σὸν ἄναχαι-
 τισσα δρόμον.
 ψύχοις δὲ πάσαις πᾶντας ἔθνος
 νικᾶς βροτῶν.
 Πο. πάντας δέ βάστοι, οὐ πό-
 ρος μέλος ετεί-
 τη μετανούστας ἀτελεῖς εἰν
 ποτέροι.
 πινακίστως πάσι τις, ἀς μι-
 νη διώνυ
 ἀπογένετο δέ, οὐ μάνοις οὐ
 πάθοις.

Num̄ virus Echidna membra
 brama depascitur?
 An δέ tunica sanie tintet
 Nessi sanguinis?
 Odea miserere: nam neque
 meum pharmacum,
 * Nec aliud inhibere poterit
 cursum tuum:
 Victoria sed omnium omni-
 bus es suffragij.
 P.O.D. Definite nunc tora
 menta, dolores cedite:
 Mecum quia excepta litigios
 los penitet,
 Et norit unusquisque me solam
 omnium
 * Illachrymabilem δέ im-
 medicabilem deam.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a. Επόπειον frivolum.] Inutile. Sic apud Homer. Il. 5: ἐπί-
 διος ἄχειος ἀράγεται, telluris inutile pondus. & Odys. v. b Sa-
 turnius?] Iupiter Saturno genitus nomen datus & Saturnius di-
 citur, αὐτομάτως. Sic Virg. l. 4. Aen.

Nec Saturnius haec oculis pater aspicit & quis.

Porro & illud legimus, Saturnum podagrum ab antiquis ef-
 ficiunt gressibus tardum ac remoratorem. & Heroas.] Heroës
 podagrī. d. Priamus.] Non solum Troiae, sed totius ferè A-
 sia rex, de quo Virg. 2. Aen.

Fortissim & Priami fuerint quæ sara requiras, &c.
 Hesone cum post captam ab Hercule Troiam captiuam cum fra-
 tre Priamo abducatur, redemptum flammeo suo. Troiam eum
 remisit.

remisit, unde is Priamus dictus est, cum ante Podarces vocatur, et Achilles Pelei.] Fortissimus omnium Grecorum, Pelei Thessalae regis & Thelidis filius, f Bellerophontes.] Glauco regis Ephira filius. Hinc Mantuanus:

—nec adest Glauci certissima proles.

g Oedipus.] Laij Thebanorum regis & locasta filius, à pe-
dibus ex vulnera & podagra sumentibus, Oedipus est appellatus.

h Phlesthenes.] Pelopis fuit filius ex Hippodamia.

i Pœantius filius.] Philocetes Herculis comes, qui vnius sa-
ginæ casu, in pede, vulnera penè immadicabilis affectus est, cuius
fator cù à Græcis ferri non posset, in Lemno relictus est. Tandem
opera Machaonis medici sanatus, Proprio teste, qui inquit:

Tarda Philoëtæ sanavit cura Machaon. k Pro-
tesilaus.] Vnus ex Graciæ principibus primus Grecorum o-
mnium ante Ilum intersectus, unde non sine omni quodam, &
fusione mortis presagio Protesilaus rideatur appellatus: id est,
primus mortuus. Au'on.us:

Protesilaë tibi nomen sic fata dederunt,
Victima quod Troiz prima futurus eras.

l Odyssea Vlysses.] Rex Ithaca, Laëre filius fuit Vlysses,
Telagonus autem eius ex Circe susceptus filius, patre suum videre
cupiens, Ithacam profectus est, ubi cùm incognitus à domo pa-
tris prohiberetur, ora contentione, patrem incognitum spinæ vene-
nolæ trigonis pescis transfixit. Trigon verò marina tradidit fera
lethalium præcipue, adeò ut si aculeo truncum arboris percussias,
inarebat protinus. Hunc denique Vlyssi necis suis causa tradidunt. Et inde à Nicandro διορεγόν τε νύμφα nuncupatur. Trigo-
na nostri pastinacam conseruent. m Syri Damasceni.] Da-
mascus Syriæ vrbi antiquissima, palmularum fertilissima, &
pranorism, qua inde Damascena vocantur. Luc.lib. 3:

Et felix (sic fama) Ninos, ventosa Damascus.

n Fama coaeti & inopia.] Tales sunt nostri seculi Agyra,
receptarij, circulatores, pſidi & Christianis infelli Inde, annis
faidicæ chymistæ, ei i genii nebulonii, qui impundi hominū
morties experimenta sola agnū et cōsecrātur. Nomē meaici ſibi re-
dicat, & in medicinæ profissionē, ut fuci in aliena apū alucaria
irrepunt, oppidatim q̄fus causa oberrat, ac à diuitiib. ſtipē petūt
de suis

de suis gloriabantur remedij, ac sua adulatio[n]e ignobile inscans[r]o
vulnus, quoniam serè omnia ex iniegris receptorum fasciculis circa
rationis iudicium, agunt, & Felleam tabem.] Avarū humor[em]:
felle enim humor est amarissimus. p Infusos abyssos
Tartari.] Profundissimos inferorum locos q[ue] Cæcum ma-
lum.] Colum.lib.ii. Sæpe, inquit, contrahuntur cæci morbi, quo-
rum causas ne medici quidem per spicere queunt. Sunt enim insidio-
si, occulæ mali, latentes, q[ui] qui vidiri non possunt. Perjus sat. 4:

Cæcum vulnus habes, inquit. Virgil. 4. Aen.

Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.

Et paulò post: — est mollis flamma medullas
Interea, & tacitum viuit sub pectori vulnus. Horat.
Sed vereor ne cui de te plusquam tibi credas,
Non si te populus sanum redetq[ue] valentem
Dicitur occultam febrem sub tempus edendi
Dissimiles, donec manib[us] tremor incidat vntis.
r Telum fulminis.] Dero ante in proximo Choro. Ouid.
lib. 2. Metam.

Spectat & in dextra missile fulmen habet.

Virgil 1. Aen.

Nate patris summi, qui tela Typhœa temnit.

s Morsus Cerberi.] Cerberum tricipitem ab caninis capiti-
bus effingunt pœtrae, Tartareumq[ue] custodem statuunt, morsu ad-
modum asperi, qui quos icu statim interficiunt. t Virus Echid-
næ.] Id est, ripere, capitir & pro Hydra ab Hercule occisa, &
pro quoq[ue]cunq[ue] serpente. Hesiodus Echidnam ait dimidia sui parte
Nympham: Dimidio altero immanem anguerin. Mantuanus:

Vel quia letiferæ dentem non tenet Echidnæ.

u Tunica sanie tintæ Nessi sanguinis.] Nessus unus ex
Centauris, Ixionis ex nube filius, cum Herculi ad Euenum flu-
nium operam Iucam obtulisset ad Deianiram in ripam vltioram
trahiendam, iamq[ue]; trahi et vim inferre pararet, ab Hercule
segritis est confossum. Quare cum iam morte imminere videret,
Deianiræ vestem tradidit, sanguini suo infectam, vim amatorij
illi in: Testimulans, virumq[ue]; alterius famine amore captiū, adi-
pissus amore posse renocari. Cu[m] verbis illa temere fidem adhi-
bens, Herculi in Oesa monte sacrificati, per Lichan pueri vestem

eam misit, quem quum ille induisset, veneno statim per viscera serpente, doloris impatientia in ardorem se ferum concrevit.
Hinc Nessus, a, um. Ouid. in Epist. Deianiræ ad Herculem:

Illita Nesseo misi tibi texta veneno.

¶ Nec illud inhibere poterit cursum tuum.] qui nos remittitur ante quadraginta dies, referentibus Hippoc. 6. Aphor. 49 & Corn. Celsi, lib. 4. cap. 24. & ultimo. ¶ Illachrymabilem.] Inexorabilem, & tam duram, ut ad lachrymas aut misericordiam commoveri non possim. Hoc epiphoron Horatius Plutoni tribuit libr. 1. Carm. ¶ Immedicabilem.] Quæ medicaminibus non potest sanari Lixius: Non tam in periculo, umquam longum morbum implicitum. Idem: Longum, quum forsitan & in anabilem morbum efficiat.

CHORVS.

Hexametri pædag & Anapæstici Dimitti.

X. ὅτε Διὸς βροντᾶς Σαν-	Non vis & Salmonei contē-
μωνίσθεσης βίᾳ,	dere cum tonitribus,
ἀπ' ἔθνος, φονόγρῳ λαμῆς	Ausa Iouis, pñas euadere
οὐδὲ φρεσά βέλη	salua potuit:
ἐν ιερές ιχάρη Φοῖβο Σάτυ-	Verum animo repressa, re-
ρῷ Μαρσύας,	peneque fulnæ Dei
ἀπὰ πινήν ψύχεια κένει τρεὶς	Fumigero Stygiæ deirudi-
δίερμα πίνεις.	tur ita sub aqua,
πρόθετος ἀδιμυγειος διτερη.	Nec βασιρυς θάρεο con-
κάς ξενοί Νιόβη,	gressus Marsya tulit
ἐπὶ μυρομένην πεχεῖδ πο-	Inde voluptatem, cùm diri-
νὺ δέβην Σιπληφ,	pit vndique eutem
	¶ Pythius illius, non præmis-
	grata referens
Litis habet memorem, a lucu quoq; sorta Niobe	
Namq; adhuc lugens Sipylum rigat vda lachrymis	
	¶ Maenias

Μενονία Διάράχνη Τετράβι-
δος ἀλθεύει τείνειν,

Ἐπὶ ὅλῃς @ τύπον, οὐ νωῶ
τι νῦν ματατά πλέκει.

Ἐπὶ θέμη μακάρων ὁργῆσις
θρέσος οὐτοῖς μερόπων,

Θεοδίδης, οὐτοῖς Λυτοῖς, οὐτοῖς Πατη-
λάδος Θεοῖς.

Πλοιον, οὐτοῖς μηδεμιός φέροις οὐτοῖς
γυμνα Ποδάρεα.

Ἄποφοι, οὐτοῖς φρένον, οὐτοῖς μυνήν, θρέσος
χνοβλαθεῖς, οὐτοῖς μασών,
ἐντορον, οὐτοῖς θέμην, οὐτοῖς θρέσον,
οὐτοῖς οὐποείπαλην.

Τοπον οὐ μέρφεα τῷ φατνικούσι-
των.

Αγκετάς δὲ πόνων ητοῖ τὸ σθ-
νυγόδον

τὸς ποδλαρρούστρας παραμύν-
θεῖσιν,

θερηθεὶσιν, οὐτοῖς συνγάνηληγε-
ροι λύσοδεις

πόνων, οὐτα πολαρθρόν οὐτοῖς
τριπέδων,

τοῖς δὲ αθηνέζεις πόρον οὐτοῖς
θεῖσι.

πόνος

Οὐ τι quotquot in hac estis nauis,
Cruciatu ex animo ejcute.

Quod si quae placeant, non sunt,
Et iter non placatis dñi inueniunt.

Μενονία ad lites Arachne,
quia Pallada vocat

Περδίτα, nūc scelus id testan.
tia staminaplicat.

Ἴμπαr enim est diuorum
affectionib; humana vis;

Ut Iouis, vi Latonæ, vi Pal.
lados, ut Pythi.

Mites ergo feras cruciatu-

s atq; faciles,
O celebris, cunctisq; locis

deanota Podagra,
Perip; leues, & acutos, &
breuiter noxiros

Absq; dolore, nec intolerabili,
bileser, benesuos

Qui teneant fines, sint exiguumq; validi,

Quiq; gradum non impedi-
ant facientibus iter.

η Multæ sunt formæ misero-
rum,

ο Sed podagricos soletur
morbis

Exercitium & consuetudo,
Quare æquanimiter nobis-
cum

πᾶς ἀνθρώπος τῶν πασχόν= Quisquis es hic cui morbus
 τῶν
 ἡμπατίσθιμφ οὐδὲ σκωτλόμυρα grauis est,
 γε. Te ludi rideriq; feras.
 Τοῖος γέρες φύν τόδε πρᾶξιμα. Nam haec huius ludi natu.
 ra est.

GILBERTI COGNATI.

ANNO TATIONES.

¶ SALMONEI.] Salmoneus Aeolis regis Eliudis filius, quem diuinos honores petulantes quereret, iuueniente structo aeneo pante, tonando & iacuendis fulminibus imitaretur, ab eo fulminatus in infernum decessus est. Vide Virgil. lib. 6. Aeneid. & quæ a scruplissimo in principio Timonis. & in Philopatre. ¶ Satyrus Phœbo congregatus Martya.] Marsyas tibicen, ex Celenis oppido Phrygia, ea temeritatem fuit, ut ipsum euam Phœbum ad musicæ & canus certamen auderet provocare. Sed temerarius eius conatus surpiter illi ob imperium cessit. Nam à Phœbo vicit & excrictus est. Vide Ovid. lib. 6. fast. Nostris Luciani dialogum Iunonis & Latona. Eius quæ merito fit in Harmonide, & adversus Indoctum librorum suppletio, et tumens. & Pyth. us.] Apollo numcupatus, virisissimum est à Pythone serpente, Apollinis sagittis confecto, cuius salvia ab Ovid. in Metam. planè descripia est. Proper. lib. 2.

¶ Pythius in longa carmine veste sonat.
 ¶ Luctu facta Niobe.] Tantali fui: filia, & Amphionis, Thebanorum regis uxor, quæ cum viro suo sex filiis, soudemq; filias peperisset, animo elata, Latona se præferre non dubitauit. Quæ in obrem indignata dea Apollinis & Diana sagittis liberos eius ad unum omnes interficiendos curauit: Niobenq; ipsam fibi coniunctam turbine venit in Asiam rapuit & iuxta Sipylium Maenia urbem (quæ illi patria erat) in saxum & asformauit. Vide latius hanc fabulam apud Ovid. 6. Metam. Ad quam allusio etiæ Lucianus in Philopatre: in suo Somnio, & in Luctu. & Mœnitis ad lites Arachne.] Puella quædam Lydia olim fuit, nomine Arachne, quæ Minerva nendi omne sibiendi, texendiq; artificium docuerat, quibus dotibus illa superbiens, negabas se à Minerva.

nerus doctam, ac eò processit arrogantiæ, ut Palladi se non vereatur & quare, deamq; in certamen vocare. Idcirco indignata Dea venit, virginemq; acriter obiurgata, opus mihi imaginibus intertextum ac varium radio discidit. Quod virgo agerrimè ferens, laqueo vitam finire decreuerat. Sea Pallas illius calumna misera, non quidem statim eam mori voluit, sed ita tenuissimo funiculo pendente in araneam transf. r. maris:

Atq; ita viue quidem, pende ramen improba, dixit,

Lexq; eadem pœnæ ne sis secura futuri,

Dicta tuo generi, serisq; nepotibus esto,

Mœonis —.

Nam Lydia aliter vocatur Maenia. Ovid lib 6. Metamorph.

Mœoniq; animum fatis intendit Arachnes.

Hec, authore Plinio, linum & retia ferunt muenisse. Eius item filius fusos reperit. Impar est deorum affectibus, humana vis.]

Deum enim hominibus potiorem esse, nemo ignorat. Adde quod

Aegrotant. γάρ τ' οὐδὲ διός βούτης αἰσθητὸν δακτυλοῦ: id est,

Ad tua res homini mortali vincere numen.

Exsat Creonis sententia a quæ pia:

Quæs pueris ovis ad gætum dñe,

Violare diuos, nemo quiri mortallium.] Non enim Dei fallit homo, nec foetis nec consilijs. Hec admunent, transspicato cedere, qua cunq; aduersus Deum instituuntur. Frei enim nimium suis viribus, vel à Deo faci è vincuntur, Multe sunt forme miserorū.] Aegrotantū De morborū multitudine & numero Plin. lib. 7. cap. 51 & lib. 15. ca. 2. Trecen. is enim morborum generibus homo infestatur. Et exoleti yesterū morbi, quotannis denū in crudelisunt, ac renouantur, tñ in morbis, nil modo accidit quod non acciderit olim. In ianta autē morborum phalange, Podagra immedicabilis dicitur hic, nodosus cōficiens articulos, in cuius cura, quisquis perius fuerit, Medici physici honore diuino dignab. Hippocratis etiam encomio celebrandus, quo ait, int̄ḡos φιλόσοφος ισορίος, Medicus philosophus Deo & qui parandus. Sed podagricos loletur morbi Exercitium & cōsuetudo.] Quod autē prius erat violenū, ac proinde molestū, affuetudine primū si leue, postea etiā inscindū. Aristot. lib. rhetoriconum 1. disputans de incundis, docet ea in-

quanda esse, que vel secundum naturam sunt, vel quod huic proximum est, affinata. Unde illud vulgo iactant ibi & adyn obors, id. Iesus altera natura. Natura nihil efficiens potentius est. Huic parem aut certè proximam vim habet affuetudo. Et nihil interest, inter naturam & usum, nisi quid intereat inter semper & plerumq., Perpetuum est quid induit natura, freques quid usus afficit. Qui malis affuevit, ac pernultia tutis, comodius fert & alind, si quid incidentur infortiis. Tamen valeat affuetudo, vi mala quibus affuerint, opima ridecantur. Hoc pertinet & Quid illud.

Quod male fers affuelce, feres bene multa vetustas

Lenit —. Cognitum enim malum, aut vitium, aut nos ad id accommodantes ferimus. Aristot. lib. Moralium Nicom. & Dum facilius esse molestum, sed iam affuetum, ut aiunt.

Quotquot in hac estis naui.] Id est, in communii morbo & periculo. Siquidem ad eos, qui eodem rehunc nauigio, periculum naufragij communiter pertinet: neq; magnopere referit in prava sint, an in puppi, an in carina, cum nihilo magis absint ad discrimine. Cicero Epistoliarum familiarium secundo ad Curione: Esti vobisq; es, ut scripti ante, in eadem es naui, tamen quid abes gratulator. Idem aliibi: Hoc miror enim, querorq; quenquam hominem ita pessundare alterius velle, ut eiusnam perforet, cu[m] q[uod] a suis eti[am] ipse pereundū. Aristophanes in Vespis. Σέ της πόλεως γάρ ει το εχαρτούσα. i.e. ciuitate est, naue de tota puta. Est autem familiaris pietas à navibus ad Rem publicam similiudinē mutuari. Pro eodem Seneca lib. epist. 3. Non sum tam improbus, ut curaciones ager obeam, sed: αντικαίνεγδε valetudinario ia eam, de communis māo tecum loqui: diciunt autem Seneca valetudinario, locus ubi agros iacent & curantur, quod Gracis uocauerāt. Corn. Tacit. de Orat. Qui in eodem valetudinario, hoc offa & hanc maciem probant.

ΩΚΥΠΟΥΣ.

Ο ΚΥΡΡΥΣ.

Iacobo Micyllo interprete.

ΑΡΓΥΜΕΝΤΥΜ.

Πεύπτεις, Ποδαράσιν καὶ Αστραῖος οὐδὲθέστο, καὶ οὐδὲ θεάσθετο, γυμναστῶν τε καὶ κυκλιζοτῶν μη ἀμελῶν. Τάχις